



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 79. Ulterior Facultatis deliberatio circa primam Arnaldi propositionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

DAMNATIONEM JANSENI DO-  
CTRINÆ.Sæc. XVII.  
A. C. 1655.

Præterea Lelcotus Carnutensis Episcopus Jansenii librum afferri jussit, cum aliis Doctoribus declarans, ostensurum se, quod omnes quinque propositiones in hoc libro continerentur, verum Arnaldi fautores Episcopum præpedierunt.

Circa alteram vero propositionem, quæ juris dicebatur, Facultas pronuntiabat, *eam esse temerariam, impiam, blasphemam, anathemate damnatam & hæreticam.*

*Abrege de l'Hist. Eccl. t. II. p. 344.*

Postea unanimi suffragio a Facultate decretum, ut Arnaldus ad comitia die septima Decembris celebranda accederet, suamque mentem *candide, simpliciter sine ambagibus & disputatione* explicaret, seque Facultatis judicio ad hæsurum profiteretur. Arnaldus tamen non comparuit.

## §. LXXIX.

*Ulterior Facultatis deliberatio circa primam Arnaldi propositionem.*

Præstituta die Sant-Amoreus epistola protulit, qua Arnaldus plenam Facultati submissionem spondebat: De-  
canus igitur primam Arnaldi propositionem discuti jussit, ubi vero quidam Doctor etiam in libro Jansenii omnes quin-

*Hist. des cinq. propos. t. 2. p. 96.*



Sæc. XVII. quinque propositiones contineri, ostende-  
A.C. 1655 dere pararet, a pluribus, sub ob-  
 tentu, quod nunc de Jansenio non a-  
 gretur, fuit præpeditus, tamque in-  
 conditum clamorem, ac tumultum Ar-  
 naldi fautores concitarunt, ut Con-  
 ventum solvere oportuerit, Episcopus  
 Montalbensi declarante, se totum re-  
 succellum Regi denuntiaturum, qui e-  
 tiam die decima ejusdem Mensis Re-  
 gium exhibuit mandatum, ut in cæpta  
 Arnaldi causa sine interruptione, &  
 sine ambage, pacate tamen procedere-  
 tur: postea Sant - Amoreus scriptam  
 obtulit, in quo Arnaldus propositiones  
 circa quæstionem facti explicare nit-  
 batur, declarans, „quod hanc quæstio-  
 „nem facti, ut impactam hæreleos ca-  
 „lumniam a se amoliretur, pertractare  
 „coactus fuerit; immerito enim illum  
 „pro hæretico haberi, eoquod admitt-  
 „tere recusaret, quinque has proposi-  
 „tiones non esse Jansenii, sedum  
 „quidem ejus librum pervolvisset, nec  
 „tamen eas in illo invenire potuerit  
 „semper autem omnem venerationem  
 „sacræ Sedi, & Episcopis exhibere stu-  
 „duerit, nec subjectioni summo Pot-  
 „tifici debitæ ex eo deesse censeat, quod  
 „de facto in ejusdem Constitutione ex-  
 „posito dubitet: proin in Facultatis pie-  
 „tatem, eruditionem & sapientiam  
 „plu-



plurimum confusus sperat, eam super  
 illa, quæ nunc exposuisset, mature  
 deliberaturam., Die igitur decima  
 septima & sequenti desuper a Faculta-  
 tis Doctoribus actum, ubi tamen Brus-  
 seus, alique Arnaldi fautores tam pro-  
 lixos habuere sermones, ut delibera-  
 tionis exitum quæsitis moris eludere  
 viderentur: eapropter Perefixius tum  
 Rutenensis Episcopus comminabatur,  
 se holce Doctores tanquam Regii man-  
 dati transgressores denuntiaturum.

Postquam igitur præfatus Episco-  
 pus Regem de omnibus in Facultatis  
 confessu gestis certiore reddiderat,  
 ejus jussu Seguierius Franciæ Cancel-  
 larius comitiis die vigesima habitis in-  
 terfuit, hæc exponens: „ut ordo, pax  
 & libertas sarta servetur, vestris deli-  
 berationibus interesse jussus sum: agi-  
 tur de Ecclesiæ, & Pontificis honore,  
 necnon de celeberrimæ juxta ac do-  
 ctissimæ Facultatis Theologicæ, sicut  
 & de cujusdam Viri pietate & doctrina  
 inclyti fama: rursus autem inculco Re-  
 gis mandata a nonnullis vilipensa: sine  
 mora ergo, pacate, sine ambage, &  
 ommissis, quæ ad rem non pertinent,  
 cæptæ deliberationi insisti, Rex po-  
 stulat: obediant igitur omnes, ne mi-  
 nus grata Regi referre cogar., Post-  
 ea quatuordecim habebantur Sessiones,

*Hist. Eccles. Tom. LXII.*

Q in

Sæc. XVII.  
 A. C. 1655.



Sæc. XVII. in quibus major quidem moderatio  
 A. C. 1655. haud minor tamen sermonum proli-  
 tas deprehendebatur, quocirca Cancellarius denuo Arnaldinos, ut inuita-  
 ressecarent, hortabatur, vehementer  
 autem declamabat contra illos, quos  
 eum arguebant, perinde ac si Facultas  
*Regiam censuram* obtrudere machinaretur:  
 „non caret exemplo, inquebat  
 „quod Cæsares aut eorum Legati  
 „conservanda pace & concinno ordine  
 „Conciliis & Ecclesiasticorum Convocatio-  
 „bus intervenerint; cum autem  
 „præsentiari agatur de Pontificis  
 „Constitutione, cujus utpote ad Regiam  
 „gis ac Franciæ Præsulum præsentiam  
 „impetratæ observantiam Rex  
 „quam filius primogenitus Ecclesiæ  
 „ejusque jura tueri, sacramento oblitus  
 „ctus urgere tenetur: ego autem  
 „aliud præsentia mea assequi desidero  
 „nisi ut in his deliberationibus inter  
 „haberetur libertas, & leges a Facultate  
 „tate præscriptæ observentur. „  
 perceptis auditisque Doctorum sententia-  
 tiis Facultas primam Arnaldi propositionem  
 tionem circa quæstionem facti peritiam  
 gere parabat, quo comperto Arnaldus  
 per suos Amicos die undecima Januarii  
 anni sequentis scriptum Facultati exhibuit,  
 in quo profitebatur, quod in  
 „epistola nunquam adeo clare locutus



„fuiſſet, ſi propterea in crimen vocari Sæc. XVII.  
 „prævidiſſet, eam ergo tanquam non A. C. 1655.  
 „ſcriptam haberi velit, veniamque a Papa  
 „& Episcopis precetur; „ cum autem  
 Arnaldus in hoc ſcripto nondum faſ-  
 ſus eſſet, quod Jansenii doctrinam a  
 Papa & Episcopis pro hæretica habi-  
 tam propugnando erraverit, ſeque Pon-  
 tificis & Episcoporum judicio ac ſen-  
 tix ſubmittere paratus ſit, hinc Can-  
 cellarius deliberationes continuari,  
 hujusque declarationis rationem nul-  
 lam haberi præcepit. Die ergo de-  
 cima quarta Januarii centum triginta  
 Doctores pronuntiarunt, primam Ar-  
 naldi proſitionem eſſe *temerariam,*  
*ſcandalosam, ſummo Pontifici & Episcopis*  
*injuriam, aptamque ad Jansenii doctrinam*  
*nuper damnatam penitus innovandam: Lata*  
 hac cenſura Convenſis Episcopus cen-  
 ſuit, nuperam Arnaldi declarationem  
 ad reparandam injuriam Pontifici &  
 Episcopis illatam haud eſſe idoneam,  
 proin ipſum eſſe compellendum ad pa-  
 linodiam publicam, claram, legitimam  
 & ſufficientem: verum ſexaginta octo  
 Doctores judicabant, Arnaldum quidem  
 hallucinaſſe, ejus tamen proſitionem  
 publicæ cenſuræ non eſſe obnoxiam,  
 alii octo Doctores Arnaldum ab omni  
 cenſura abſolvebant, alii denique ſuper  
 hanc rem in ambiguo ſitam pronuntiarum  
 Q 2                      haud



Sæc. XVII. haud posse censabant. Prævaluit tamen major suffragiorum pars, eapropter Decanus ad diem decimam septimam proximum indixit Conventum, in quo de altera propositione circa questionem Juris deliberaretur.

## §. LXXX.

*Facultatis judicium circa secundam Arnaldi propositionem quoad questionem Juris.*

*Hist. Eccl.  
du Pin l. c.*

Eadem igitur die Minceus Doctor iteram Arnaldi apologiam exhibuit eamque prælegi petiit, Syndicus vero Congregatos hortabatur, ut breviter studerent, ac deliberarent, an prælegenda Apologia esset prælegenda, & utrum ad Burgoi petitionem testimonium Jansenii libro non examinato Arnaldi distis dandum esset: Decidebatur tandem communi omnium suffragio ad deferendum cuilibet Doctori spatium mediæ horæ indulgendum, & Arnaldi apologiam privatim Doctoribus communicandam, Burgoi autem postulatum non esse deferendum: His ita decem undecim habebantur conventus, in quibus secunda Arnaldi propositio examinata, præceteris a Carnutensi, Armbianensi, & Rutenfi Episcopis tanquam hæretica rejiciebatur, censente etiam Montalbanensi Episcopo, conficiendam esse submissionis formulam, cui Arnaldi